



## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Occupatio animae Jesu Christo crvcifixo devotee.**

**Leroy, François**

**Pragae, 1666**

§.1. Justorum in vita afflictiones, meras Christi amantis blanditias esse.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-47123](#)

Vides excelsam Virginis mentem; & quibus illa se cogitationibus, in ipsa actuum suorum lanienâ, ac cruxis undique scaturientis aspectu sustentaret, dèq; ipsa tormentorum atrocitate solatium animûmq; sumeret. Aspiciebat nimirum cruciatus suos, velut pretiosa Domini Iesu signata; gaudebatq; in membris suis, tanquam in delicata membra, ferreis illis stylis, acutisq; peccinibus exarari notas, & characteres imprimi, qui Christi triumphum loquerentur, & crucis trophya signarent, pérq; hiantia laterum suorum costarúmq; vulnera, tot quasi ora aperiri, ipso sanguinis vocali profluvio, Iesu nomen ac gloriam aperiuntim prædicantia.

## CAPUT XIX.

*Alia nonnulla considerationes eandem ad rem pertinentes.*

### §. I.

*Iustorum in vita afflictiones, meras Christi amantiblanditias esse.*

**A**rumnas & molestias hujus vitæ, quæ D[omi]n[u]s vel immunitate vel permittente iustis eveniunt, esse dona amantissimæ dextræ, & specialia divinæ benevolentiae signa, jam in superioribus, nec semel fortasse, prædiximus. Ut ponimus homini afflito, & sub ærumnæ suæ pondere gementi mentio liceat evangelicum istud occinere: *Si scires donum D[omi]ni.* Si intelligeres, quorum bonorum compendium, quantifavoris pignus, quantæ gloriae semen sit, hæc tua, quæcumque est, tribulatio; si quibus oportet, illam oculis aspiceres: nimirum non illam, ut nunc adeò facis, defugeres, sed optares potius, & obvijs ulnis amplectenteris obvenientem, inq; ejus sinu atque complexu acquiesceres.

Verum

Verum illud lubet superaddere in praesentia, eas ipsas ærumnas non qualiacunque divini favoris argumenta esse, sed quasdam veluti blanditias ac lusus incarnatae Sapientiae nobiscum ludentis, ac de patientiae nostra spectaculo, sibi oblectationem, nobis utilitatem querentis.

Amoenum est, quod hoc in genere cuidam Virgini è S. Dominici familia divinitus aliquando objectum est. Re-*Vit. Suson.* ferebat hæc, se in mentis excessu visam esse sibi videre rose-<sup>c. 36.</sup> tum quoddam magnitudine præstans, & pulchritudine eximium, cui insisteret puerulus Jesus, cum certo è rubicundis confessis rosis. Subrus autem ad roseti radices, visum-  
sibi considerare Henricum Susonem, virum sanctum ex eodem Ordine, de quo superius alia nonnulla memoravimus. Porro puer Jesus, tenera manu rosarum flores videbatur hinc & inde decerpere, iisq; Henricum inferne jacentem ludibundus appetere, dum blandis his telis totum denique cumulatè operaret, & tantum non obrueret. Ad extremum, querenti Virgini, quid istud vidi portenderet, respondit divinus puerulus: missilibus his rosis, tantâ copiâ in dilectum sibi ministrum conjectis, multiplices cruces & afflictiones adumbrati, quibus illum (Deo sic permittente) tentari & exerceri oporteret, & qua ille, tanquam ab divina & amica manu profectas, non modo æquo animo, sed etiam libenti atque hilari, acceptatus esset.

Vides, quam diversè à Dei sensu de his rebus judicium ferimus; & (quod hinc consequi necesse est) ut præpostere atque perversè de illis loquimur, easq; non suis nominibus appellamus? Tangit te fortassis amica & amabilis Dei manus, & aliquam (ut quidem appellas) ærumnam ac calamitatem tibi immittit. Sed adhuc ignoras ingenium ac mores amantis Dei. Tu illum profecto persecutere credis atque sevire: sed quæ tibi verbena atque afflictiones videntur, haec quidem merae sunt blanditiae; & dum te seriò vexari putas,

B b b 2

nihil

nihil nisi JESUS tecum ludit & delicias facit. Tandem  
quas nos cruces & spinas appellamus, molles rosae sunt;  
e diverso autem quas rosas existimamus, opes scilicet, vo-  
*Luc. 8. 6. 14.* luptates ac vitae commoda, spinarum nomine, coelesti no-  
menclaturā censemur.

*Sider. infan-* Et verò (ut quidam ex Nazianzeno referunt) crucis &  
*cic. myr.* incommoda hujus vitae, flores sunt bonorum quæ expecta-  
mus, & propter fructum, florem quoque decerpimus.

*Spec. spirit.* Nec ineleganter aut abs re nostra Ludovicus Bloius:

*c. 8.* *Tribulationes in hac vita, præclarissima DEI dona sunt;* & non  
est ullum certius signum divinae electionis, quād ut qui adversi  
humiliter ac resignato animo propter DEUM toleret. Fru-  
re, astu, infirmitate, & quibuslibet alijs gravaminibus extrin-  
DEUS purgat, sanctificat, mirificat, exornat animas electorum  
fuerum. Et quos videt minus aptos esse, ut torques aureas (id  
est, graviores afflictiones) ferant, ornat eos saltu seriu-  
flosculis, id est, levioribus tribulationibus. Sic ille.

Is ergitur nobis sit hujus considerationis fructus: ut  
leniendum minuendumq; sensum dolorum nostrorum, non  
jam ad res ipsas, quæ nobis adversæ obvenerint, prout in-  
se sunt aspicere; sed altius sublatâ mentis acie, manum &  
animum eas immittentis (per quæ dum transeunt, illa sane  
nomen, & qualitatem & gessum mutant) respicere consu-  
scamus: illudq; etiam nobis suggeramus identidem: di-  
gnum esse IESUM pro nobis passum, cui etiam cum aliquo  
dolore nostro gratos de nobis ludos ac patientia spectaculū  
præbeamus: ejusq; amori, aliqua nos corporis aut animi  
ægritudine exercenti, aut (quando ita loqui coepimus) per  
eam nobiscum lusitanti ac delicias facienti, ingenua & ipsi  
gratiaq; animi inclinatione & quasi collusione, responder-  
amus. Hac eadem arte incommoda sua fallebat B. Fran-  
ciscus Borgia, de quo illud est memoria proditum. Cū  
aliquando tardius ac multa jam nocte ad quoddam Societa-  
tis

etis nostræ domicilium devenisset, diutq; fores pulsans non-<sup>L. 2. 9it. c.</sup>  
audiretur, quod & domestici somno sopiti essent, & domus <sup>12.</sup>  
a janua longè distaret; coactum esse multo tempore præsto-  
lari ad januam, cum etiam cœlo nix multa decideret. Istam  
autem & longam, & intempestivam expectationem, confir-  
mabat ipse postea, non modò sibi non molestam, sed etiam  
jucundam accidisse, cum animo suo reputanti; quod veluti  
principibus viris volupe est, feram aliquam stimulis & a-  
rundine in arena aut circō agitare: ita D E U M crederet id  
temporis, dum mollibus se petit nivium globis, ex hoc quasi  
ludo aliquod de se oblationis argumentum sumpsisse.

In quem ferè sensum & illa incidit comparatio, quâ  
ipse Christus aliquando usus est apud S. Gertrudem, cùm  
diceret: Quemadmodum fera venata agitata, quâm do-  
mesticum animal, acceptior esse solet; quod illius caro te-  
nerior sit esq; jucundior: ita cordis affecti & variè exerci-  
ti munus, sibi longè esse acceptissimum.

Sed neque hinc denique abludit; quod S. Clara, B.  
Fratrem Juniperum, ex primis S. Francisci Sodalibus, mun-  
di suiq; contemptorem egregium, solebat Christi joculato-  
rem seu ludionem appellare; quod is ludicris in speciem  
actionibus, sed cum vero sui despectu ac seria vexatione  
conunctis, jucundos de se ludos voluptatisq; materiam  
Christo præberet.

## §. 2.

Christum electis suis luētum, dolores, angustias, heredita-  
tis nomine reliquiss.

D Enique ad pium ac fructuosum in malis nostris solatiū  
valere potest & hæc non vana cogitatio:

Afflictiones atque ærumnas hujus vitæ, esse Christianorum  
patrimonium, & hæreditatem electis suis à Christo  
moriente transmissam. Pulchrè siquidem S. Cyprianus,  
vel